



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae

Wintzler, Christoph

Coloniae, 1614

30. De Legatis Apostolicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10387

prætera. Et si secus faciat per seueritatem canonicam compescetur, *d. c. in quibusdam.* quæ si non sufficiat, auxilium siue brachium seculare erit implorandum, *c. ad abolendam. x. de hæret.* & tanquam aduocatiæ inordinate tractans beneficio priuandus *c. 1. §. quicumq; & ibi Dd. de pac. tenen. in vsib. feud.* nec aliter quam ad ecclesiæ utilitatem potest laicus, etsi fundator de spiritualibus & semel Deo dicatis bonis disponere, vel sibi plus adscribere quam tempore foundationis ab Episcopo loci specialiter fuit reseruatam, *text. inc. prætera. 23. x. de iure patron. plene Schurff. conf. 48. nu. 11. & 14. cent. 1. fac. cle. 2. de religios. dom. c. eccles. S. Mariæ. x. de constit. c. 2. x. de reb. Eccles. non alienandis in 6. Zas. d. conf. 7. nu. 5. & 7. vol. 2.*

TITVLVS XXX.

De legatis apostolicis.

1. **Q**uot legatorum genera & qui legati de latere.
2. **Q**ui simpliciter missi?
3. **Q**ui nati?
4. **Q**uæ natorum authoritas?
5. **Q**uam etiam habent in præsentia legati de latere si is sit continuus, Quid, quoad quasi transeuntem?
6. **I**us legatorum natorum, uti Ecclesiis in hærens & perpetuum, morte Pontificis non expirat.
7. **N**ec speciali commissione indiget.

TRIA sunt Legatorum genera *c. 1. c. pen. & ibi Dd. x. de offic. legat. c. 1. x. eod.*

D 4 in 6.

- in 6. Aut sunt missi siue legati de latere summi Pontificis, & proprie sunt Cardinales. *c. eminentiam. 20. x. de sent. excom.* nisi quod deest Cardinalatus dignitati, oraculum viuæ vocis & voluntas Pontificis suppleat. *10. VVames. consil. 42. num. 3. vol 1. Specul. in tit. de legat. §. sequitur videre in princ.* aut sunt simpliciter missi à Pontifice, ad
2. tempus aliquod, & certam prouinciam, & horum potestas minor est, *d. c. pen. & ibi Dd.* Aut
 3. sunt nati, qui legationis munus, dignitati Ecclesiarum annexum habent, *d. c. 1. & c. pen.* ut in Anglia Archiepiscopus Cantuariensis. *d. c. 1. Eboracensis. c. 1. x. de appell.* in Gallia Remensis, in Italia Pisanus, *Franc. d. c. 1. num. 10. de offi. legat. in 6.* in Germania Coloniensis, *Alciat in sua prax. in Rub. triplices legat.* & Saltzburgensis, quorum authoritas magna & eximia est, *ut ibi Spec. & Alciat.* Audiunt vniuersas causas, quæ per appellationem vel querimoniam à subditis suorum suffraganeorum ad suam audientiam deferuntur, sicut alii vices Pontificis in prouincia gerentes. *d. c. 1. de offic. legat.* etiam in præsentia legati de latere, iuxta *Anth. de But. Card. Imol. teste 10. Brunel in tract. de dignit. & potest. legat. conclus. 17. declar. 1. & 2.* quando is est continuus & quasi perpetuus in ea prouincia, ne jus legationis nate sit inutile, ut in simili pro legato de latere, *cum Panor. ibi arguit Brunel.* alias quoad momentaneum & quasi transeuntem, officium suum ob reuerentiam sanctæ ledis Apostolicæ, facile dimittent, eoque modo, *c. volentes. x. de offic. leg. & rescriptum Pōtificis,* hoc innuēs intelligitur,
 6. Et quia istud jus ecclesiis inhæret, *d. c. 1. c. pen. x. h. s. rea-*

h.t. reale & perpetuum est, morte Pontificis non expirat, *Pet. And. Gamb. de auth. leg. de lat. in prin. num. 9.* nec speciali commissione indiget, alias potius datum, quam natum siue inhærens diceretur.

TITVLVS XXXI.

De Iure & Iurisdictione Capituli
sede vacante.

1. **C**apitulum sede vacante non potest beneficia conferre.
2. Habet administrationem omnium bonorum.
3. Ea qua sunt ordinis alicui Episcopali dignitate fulgent committere debet.
4. Quam ulterius habeat iurisdictionem.
5. Comparet in comitiis Imperij per deputatos, & suo ordine votum dat.
6. Idque intra terminum Iuris ad Electionem constitutum.

CAPITVLVM sede vacante, non potest beneficia conferre, *c. 2. x. ne sed. vacant.*
Gail. lib. 1. obs. 30. num. 11. nec interesse iudicio, *c. constitutis. x. eod.* nec valide contrahere, *gl. in c. 1. verb. sede vacante. x. eod.* nisi faciēdo rem meliorem, & obligando sibi alium, *vt ibi Hostiens. in sum. num. 1.* nec aliud quid facere vel ordinare in præiudicium futuri Episcopi. *c. 1. §. attendentes. & tot. tit. x. ne sed. vac.* habet tamen omnium bonorum, tam diuisorum quam communium administrationem, *Philip. Franc. in c. 1. num. 10. x. d.*